UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Carolus Garnier.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

eos lanceis confixêre, ac recißa eorum capita palàm haſtilibus affixa propoſuêre ſpectanda: cadauera verò ad Crucis pedem abiecêre.

P. Carolus Garnier.

Aiebat ſe à B. Virgine collocatum in Societate. Anno 1636 in nouam Franciam vela fecit: atque vt lex Domini immaculata, illius ore feliciùs ſeminaretur, pœnitentiæ Sacramento ſe quotidie perluebat, tenerâ claritate. Oratio illi felix fuit citra vlla turbamenta interpellantium cogitationum. Non niſi *Supernaturalibus* (vt loquimur) *principijs*, ac *maximis* nitebatur, nullâ curâ reſpectuum humanorum. Nullum iſtic ærumnarum, aut expeditionum genus fuit in quo Carolus non fuerit

Gallus. apud Hiroquæos. 7. Dec. 1649. ætat. 44. Soc. 25.

Conf. quotid.

Oratio.

Charitas. apprimè verſatus. Eorum quos morti proximos iuuabat, Angelis Cuſtodibus omne illud negotium impenſiùs commendabat. & viſus illi adeſſe aliquando fuit Angelus, cùm ægro ipſe adeſſet, id quod æger de illo narrans: *Vidi*, aiebat, *iuuenem pellucẽtem, lateris P. Caroli ſtipatorem: hic mihi hortator fuit, vt P. Caroli monitis parerem promptus; atque illius ductu proficere impensè contenderem.* Somnum breuem carpebat; nec aliter quàm cinctu ferreo, & ſtellulis aſpero ad lumbos accinctus: quo eodem cingulo ad cruentam ſui verberationem vtebatur. Hoc die cùm Hurones Chriſtianos ab Ethnicis Hiroqueis vexatos in tumultu, alios pœnitentiâ

Angelus.

Morbus.

Mortif.

ex-

expiaret, alios igni iam iniectos baptiſmo ablueret, duobus tribuſuè globis traiectus eſt. Iacebat ille iam propinquæ morti vicinus, cùm conſpecto Hurone Chriſtiano (qui decem ferè pedũ interuallo ab illo diſſitus animam agebat) ad eum reptauit, & eum expiauit; mox penes illum triũphalem animã edidit, cùm tunc illicò eius caput iratus Hiroquæus barbarus ſecuri gemino ictu impreſsâ ita confregit, vt cerebrum quoque illi eliſerit. Charitas.

P. Natalis Chabanel, eius ſocius, breuì poſt illum, incertum quâ morte, interijt. Dedi de illo plura in mortibus illuſtribus. Aliqui ab apoſtata quodam fuiſſe trucidatum haud ex vano